



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum
Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

cap. 14. De Virtute Magnificetiaë.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

atum fieri potest, quis procuret *continuum* præ-
 tium & unionem cum Deo. Hanc veritatem ipse *Ethic. 1. u*
 am agnovit Aristoteles, qui docet, quod homo *c. 7.*
 debet operari tanquam homo, & tanquam mor-
 talis, sed ut immortalis, & Divinus, propter conti-
 nuam, quam habere debet, rerum Divinarum con-
 siderationem. Neque sublimitas hujus virtutis con-
 sistit in submissioi seu abjectioni Humilitatis: enim-
 modo Magnanimus oculos semper apertos habeat,
 ut est: oculo dextro Magnanimitatis contem-
 plans dona Dei, in iisque confidens: & sinistro Hu-
 militatis oculo proprios contemplans defectus, diffi-
 dens de seipso.

Cum virtute Magnanimitatis simul exercere debe-
 at virtutem Equanimitatis: quia, dum virtute
 Magnanimitatis vera appetimus bona, nempe,
 æterna & æterna, interveniente concursu æquani-
 mitatis non turbamur in quocunque casu, sive pro-
 pter, sive adverso, qui in hac vita occurrere possit.
 Ergo per concursum hujus virtutis semper operari
 debemus, non solum magna, sed etiam magnaliter.
 Operando, ex fine, operando ex summa gloria DEI.
 Operando, ex objecto, intensè operando secundum ve-
 ram rationem.

CAP. XIV.

De Virtute Magnificentiæ.

Nelina hæc virtus ad conficienda & fabricanda, q. 134.
 quod ad externum, magna & magnifica, & in quan-
 tate, & in valore, juxta finem & conditionem per-
 tinet: veluti magna ædificia, sumptuosa templa
 super cultum & gloriam Dei. Unde differt hæc
 virtus à Magnanimitate: hæc enim respicit ma-
 gnam in omni genere virtutis: Magnificentiæ re-
 spectus magnum in genere fabricabilis secundum artem.

Et

Et differt quoque à Liberalitate : quia hæc est *usus pecunie*, ut convenientem : Magnificencia *usus pecunie*, ut habet rationem magni & ardui, ut facienda magna & magnifica. Quare virtus Magnificencie reducitur ad virtutem Fortitudinis : utramque enim respicit, quod est arduum ; sed Fortitudo respicit arduum circa sumptus

Præterea, sicut Magnificencia intendit magnum opus facere ; ita ob magnum finem, qui est honor & gloria Dei. Unde, secundum Philosophum : *Honrabiles sumptus sunt maximè, qui pertinent ad Divina sacrificia*. Propterea hæc virtus subordinatur virtuti Religionis, quia eundem respicit finem gloriæ Dei, & spectat ad Sanctitatem. Magnificencia

Exod. 25. Sanctitate. Sanctitas & Magnificencia in Sanctificatione ejus.

2. Actus hujus virtutis sunt. Primò, Amoreternus perficendi opera magnifica & heroica, tamet in externo desit materia. Unde pauper potest quoque esse Magnificus in interno : Quia Virtutes

Ex Seneca, sufficiunt, nec ex necessitate indigent exteriori fortuna. Secundò, & magnifice, facere opera externa magna & magnifica. Tertiò, facere quoque magnos sumptus, multisque distribuere & exponere pecunias, tali operi necessarias. Quartò, moderari amoris pecunie, ne impellat executionem operum magnificorum magnis expensis & sumptibus erigendorum. Quintò, distribuere

Ibid. ad 2. dona magni pensis & pretij : non sub ratione doni, sed sub ratione sumptus ordinari ad aliquid faciendum. a. 4. ad 3. Sextò, ordinare usum artis ad aliquid magnum : ut ars proportionetur habitui virtutis, & Magnificencie. Septimò, Vti ratione in attendendo proportionem sumptuum ad opus, ne magni sumptus & expensæ fiant propter res frivolas.

3. Quantum attinet ad modum, quo hæc virtus reducenda est ad praxin, sciendum hanc virtutem Magnificencie exercendam esse in ordine ad finem virtutis Religionis, videlicet, in rebus ad cultum Dei spectantibus. Quod ipse etiam agnovit Aristoteles in suis Ethicis hoc posteritati relinquens scriptum.

Magn.

Magnificus libenter expendit in his, qua sunt ad Deum. Eth 4.
 Ratio supra allegata est: quia Magnificus respicit
 magnum & summum, tam in expensis & sumptibus,
 quam in rebus, pro quibus fiunt expensæ: nec quid-
 quam reperitur majus eo; quod pertinet ad obsequium
 & reverentiam Deo debitam. Magnificentiam igitur
 ultimam debet respicere Deum, & esse promptus
 paratusque occurrentibus occasionibus ad magnos
 perficiendos sumptus & expensas: non propter ja-
 ctantiam, vel vanam gloriam, aut proprium commo-
 dum; sed propter gloriam Dei, & ad nostram exci-
 tandam devotionem ad obsequium & cultum Deo
 debitum, in quantum cultus exterior est medium
 ad excitandam interiorem ad eundem finem gloriæ
 Dei.

4. Alia insuper species quædam Magnificentiam a
 nobis exercenda est, à Cajetano nominata *Eminen-*
tialis, quæ mediante, non pretio pecuniarum; sed *q. 134. a. 1.*
 valore nostrorum bonorum operum in Divinam Gratiâ
 fundatorum ædificamus Templum Gloriæ. Et hæc
 Magnificentia fuit in Christo, juxta eundem Docto-
 rem, *Quando pretio sui Sanguinis & pænarum ædificavit*
et construxit Templum Ecclesiæ, Militantis simul &
Triumphantis.

CAP. XV.

De Virtute Patientiæ.

1. Patientia est *aquanimis tolerantia malorum, sine q. 126. a.*
perturbatione Tristitia. Distinguitur à virtute
 Fortitudinis: hæc enim est *circa maximum malum,*
quod est malum mortis: Patientia est *circa minora mala:*
 quatenus ex imperio Fortitudinis possit etiam se ex-
 tendere ad *maximum malum mortis.* Et licet sit vir-
 tus moralis, attamen supernaturalis est, veluti sunt
 aliæ